

KOMPO



1787-88

103814

BIBLIOTHECA  
UNIV. JAGELL  
GRACOVENSIS

Mag. St. Dr.

II


1787-88



103814

Mag. St. Dr. II





Vil

Pedag. 1155.


Vilnensis Studiorum Universitas

Prospectus lectionum ex anno 1787 in a. 1788.

Wilno

1787/8

Univ



PROSPECTUS  
LECTIONUM

IN

ALMA ACADEMIA ET UNIVERSITATE

VILNENSI

SCHOLÆ PRINCIPIS M. D. LIT.

NOMINE INSIGNITA

AD

INSTAURATIONEM STUDIORUM

*Ex Anno 1787. in Annum 1788,*

PROPOSITUS.



V I L N Æ

TYPIS SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS

PENES ACADEMIAM.

103814

II 1787/88

Mag. St. Dr.







PROSPECTUS  
LECTIONUM

U K Ł A D  
L E K C Y I

IN COLLEGIO PHYSICO.

W KOLLEGIUM FIZYCZNYM.

TADDÆUS KUNDZICZ AA. LL.  
& Philosophiæ Doctor, Canonicus Livon: Coadjutor Præpositus Ecclesiæ SSæ. Trinitatis, publicus & ordinarius Matheleos applicatæ Professor, diebus Martis, Jovis & Saturni, horis matutinis lectiones suas instituet: quarum materia, totiusque annui cursûs argumentum, erunt principia generalia æquilibrii, motûsque corporum solidorum, nec non eorundem principiorum applicatio ad Problemata Mechanices Theoreticæ, ac Practicæ.

Præceptoris erit institutum, ita Tyronibus, qui primûm ad mechanices studium sese conferunt, rudimenta hujus scientiæ exponere, ut iis, qui aliquot annorum exercitatione, quidquam se in mechanicis valere arbitrantur, simul suppeditet necessaria requisita ad solvendas varias quæstiones, quæ vel e mechanicis principiis eruuntur, vel

TADEUSZ KUNDZICZ Nauk wyzwolonych i Filozofii Doktor, Kanonik Inslantski, Koadjutor Proboszcz Kościoła S. Trójcy, publiczny i ordynaryjny Matematyki stosowaney Professor; we Wtorki, Czwartki i Soboty w czasie rannym, dawać będzie Lekcyje swoje, których rzeczą, i całego Kursu rocznego treścią, będą ogulne prawidła równowagi i ruchu ciał zsiadlych, oraz stosunek tychże prawideł do zadań tak praktyczney jako i Teoryczney Mechaniki.

Zamiarem będzie Nauczyciela, tak początki Mechaniki dla czyniących pierwszy wstęp do tej nauki przekładać, aby razem dla tych, którzy kilkoletnim ćwiczeniem się z tą częścią Matematyki dobrze oznali, nadstarczał tego wszystkiego, co potrzebnym jest do rozwiązania rozmaitych kwestyi, albo z początkowych prawd Mechaniki wynikających, albo w używa-



ad Mechanicos usus referuntur. *niur Mechanicznym mieysce mających.*

Mechanicam dividi in duas primarias partes, cum cæteris Mathematicis volumus: Alteram *Staticam*, quæ de legibus æquilibrium agit: alteram propriè dictam *Mechanicam*, seu ut aliis placet, *Dynamicam*, quæ motus leges, proprietatesque considerat.

*Staticam* arctioribus circumseptam terminis a pluribus, ut nonnisi machinarum æquilibrium examinandum sibi vendicet, nos amplius exspatiari permittemus: ut & generalis theoriæ æquilibrium leges examinet, & ad particulares ejusdem theoriæ ad machinas applicationes descendat.

Ideam virium, rerum omnium ambitus nexusque, quem naturam compellamus, claram & dilucidam nobis subpeditat: subtiliores tamen perquisitiones Philosophorum, adeo eam obscurarunt, ut magna inter Mathematicos exortalis, mansit diu: utrum massa ducta in celeritatem? vel verò massa multiplicata per quadratum celeritatis exprimat vim corporis in motu constituti? Illustris Leibnitius primus erat, qui hanc alteram opinionem in *Mechanicam* invexit; disputatum est pro utraque parte tantò

*Mechanicę na dwie ogulne części, z inszemi Matematykami, podzieloną mieć chcemy: na Statykę, która naukę o równowadze zabieramy, i na Mechanikę właściwie rzeczoną, albo iak inni zwać wolą, Dynamicę, która własności i prawa ruchu rozważa.*

*Statykę od wielu cieśniej ograniczoną, że tylo do równowagi machin stosujemy, my w obszerniejszym obrębie zostawujemy: aby i powszechne prawa teoryi równowagi zamknięta, i szczegulne stosunki teyże teoryi do Machin obejmowała.*

*Wyobrażenie sił, ciąg i związek rzeczy wszystkich, co zowie natura, światle nam i jasne wystawie: głębsze iednak zaciekawia się Filozofow tak ie zacmiły, że wielka między Matematykami sprzeczka wszczęta długo trwała: jeśli masa rozmnożona przez szypkosć? czyli taż sama masa czy nięca produkt z kwadratem szypkosći, wyraża siłę ciała w ruchu zostaiącego? sławny Leybnitz pierwszym był, który to drugie mniemanie wniósł do Mechaniki: wrzał spor z obu stron, z tym większą zawziętością, im oba zdania swym*

acri-



acrius, quanto utraque sententia suis propugnatoribus, suisque oppugnatoribus, uberiora excriniis subtilioris metaphysices arma suggererat. Hærendum foret in ipso Mechanices limine, ni lux strictioris calculi omnem amoveret caliginem. Illius subsidio factum est, ut res, suis terminis accuratè definita, clariùs eniteret. Leibnitio habitus, est subtilitatis honos, sed vetus sententia pristinum in Mechanica locum recuperavit.

Ubi datur æquilibrium virium, ibi earundem cessat exercitium, & non nisi simplex ad producendum motum nihil consideratur; æquilibrium autem virium obtinetur, ubi hæ æquali conatu in contrariam partem agentes, sese destruunt: id verò qua ratione eveniat, edocere, Staticæ est maximum & unicum objectum.

Quare, considerandæ & distinguendæ nobis venient hac in parte, diversæ virium classes: directè vel in directè oppositarum, plus minusve concurrentium, parallelè agentium, ex pluribus in pauciores, vel in unicam abeuntium, & ex unica in plures resolutarum, qua ratione sese juvent, aut impediunt, & plures unicæ opponantur, ut tandem æquilibrium constituent.

obrońcom i przeciwnikom obfitych z suptelności metafizycznych broni dodawały. Trzebaby było ulgnąć w niepewności, na samym do mechaniki wstępie, gdyby nie światło dokładnego rachunku wszelką mgłę rozpędzilo. Za pomocą rachunku, rzecz w swoich wyrazach ściśle ograniczona, jaśnieysię wydała. Leybnitz zyskał chwałę suptelnego dowcipu, lecz dawne zdanie do pierwszego w mechanice miejsca powróciło.

Skoro jest siła równowaga, tym samym ustaie ich działanie, i samo tylko proste usłowanie do zjednania ruchu, idzie na uwagę; siła zaś równowaga otrzymuje się, skoro te, równym usłowaniem, z przeciwnych stron, na opór sobie idąc, siebie wzajem wyniszczają; to zaś iak się dzieie, nauczać, Statyki jest jedynym zamiarem.

I przeto w tej tu części, różne podziaty siły: prosto, lub ukośnie oporem sobie idących, mniej lub więcej z sobą się iednoczących, z wielkicy liczby w mnieyszą, lub w iedną tylo siłę przechodzących, i przeciwnie z jedney na wiele podzielonych rozważać będziemy: jakim sposobem są sobie na pomocy, lub zawadzie, iedna kilku się sprzeciwi, aby równowaga miała miejsce. B Da-



Datur in corporibus gravitate præditis punctum aliquod, quod centrum gravitatis, compellari consuevit. Compositio & resolutio virium Parallele agentium, in eo maxime versatur, ut & centrum illud gravitatis determinetur, & proprietates ejus evolvantur.

Æquilibrium machinarum, si non difficillima, certe utilissima pars Staticæ est, & ab omnibus habetur. Quantum enim & publicis & privatis quibuscunque commodis usibusque Machinæ inserviant, nemo est qui ignoret. Pro sua ergo præstantia argumentum hoc tractabitur, cum ea qua par est claritate, totiusque theoriæ luculenta explanatione. Singulæ machinæ considerandæ huc venient: diversa genera Vectium, Trochlea, Axis in peritrochio, Planum inclinatum, machinæ, quæ funiculares appellantur: nec non Cuneus & machinæ rotatæ, tum Cochlea solida, cava & infinita, ac denique diversi generis Polispasti: et ita quidem considerandæ venient, ut earum usus, apparatus, constructio & applicatio indicetur, edoceaturque, quid singulæ valeant, quid commodi adferant, quid incommodi in se habeant; & quod tandem genui-

*Wszystkie ciała ciężkie mają punkt, który środkiem ciężkości zwiemy. Składanie i rozkładanie sił paralelnie działających, na tym szczególniej zależy, aby i środek ciężkości determined był, i własności onegoż wyłożone.*

*Równowaga machin, jeżeli nienaytrudnieysza, pewnie jest naypożytecznieysza część Statyki, i za taką od wszystkich jest miana. Wiadomo bowiem każdemu, jak w wielu okolicznościach służą maszyny do publicznych i prywatnych użytków. I przeto część ta, wykładana będzie z dokładnością, i całej Teoryi jasnym wyłożeniem. Każda szczególnie Maszyna uważana będzie; rozmaite Dragów rodzaje, Kołko Ergata, Płaszczyzna pochylona, maszyny sznurowe, przytym Klin i maszyny z kołek złożone, równie jak szruba pełna, wydrażona, i nieskończona: nakoniec rozmaitego gatunku Polispasty. Tak zaś o każdej maszynie mówić się ma, iżby użytek, skład, i zastosowanie do przypadku, dokładnie się wyrozumiało, przy dostatecznym opisaniu, ile każda maszyna może jaki pożytek czynić, jakie w sobie zamyka trudności, nakoniec jaka rzetelna z każdej*



num permachinas lucrum obti- *wygoda być może.*  
neatur.

Ut Staticæ Tractatus com-  
pleatur, opus est Theoriæ æqui-  
librii machinarum Mathemati-  
cæ addere Physicam. Machinæ  
dum in eo statu sunt, ut moveri  
incipiant, resistantiam quandam  
experiuntur, affricus partium  
è quibus machina componitur,  
funiumque rigiditas, ob quam non  
adeo facile complicantur, hæc  
motui obstacula opponunt. Lon-  
ge abest ab eo perfectionis gradu  
physica machinarum theoria,  
ut quantum hinc motus impedi-  
atur, cum ea quæ Geometris pro-  
pria est accuratione determinet.  
Quousque tamen hac in re ven-  
tum sit, seu calculi, seu experi-  
entia subsidio: erit Præcepto-  
ris edocere.

Dynamica, quæ leges proprie-  
tatesque motus considerat, offert  
amplissimum variis perquisitio-  
nibus campum. Ut enim Ele-  
menta motus infinitis variari  
& combinari possunt; ita singulæ  
variationes & combinationes, pe-  
culiæres proprietates motui con-  
ciliant: quæ tamen ad genera-  
les classes haud difficulter refe-  
runtur.

Cujuscunque naturæ motus  
sit simplex idemque uniformis,

*Aby Statyki traktat zupełnie  
był dokonany, potrzeba do teoryi  
równowagi w machinach matema-  
tyczney, dodać fizyczną. Gdy  
machiny są w tym stanie, że się  
ruszać począną, doświadczą się  
niejakis opor; tarcie części z któ-  
rych machina składa się, oraz  
powrozów tęgość, dla której nie  
łatwo się schylaia, czynią te za-  
wadę ruchom. Daleka iest od tego  
doskonałości stopnia fizyczna  
machin teorya, aby z dokładno-  
ścią geometryczną naznaczyła, ile  
z tych przyczyn iest opóźnienia w  
ruchu. Wszakże ile w tey mierze  
pewnego być może, czy przez  
rachunek, czy przez doświadczę-  
nia, okazać to, Nauczyciel bierze  
za powinność.*

*Dynamika uważaiąca prawa  
własności ruchu, otwiera szerokie  
pole do różnych uwag, jako bo-  
wiem niezliczenie wielorako, ele-  
menta ruchu odmieniać się i stoso-  
wać się mogą; tak szczegulnie ka-  
żda odmiana i stosunek, oddziel-  
ne własności ruchu odkrywa, któ-  
re jednak do powszechnych klas  
łatwo łączyć się mogą.*

*Jakieykolwiek natury niechay  
będzie ruch prosty i jednostayny,*



vel juxta quamcunque legem  
variabilis; moveatur corpus in  
linea recta, aut quamcunque  
curvam datam, seu quæ ex certis  
quibusvis conditionibus deter-  
minari potest, describat; æqua-  
tiones generales, expriment in  
omni casu, omnes possibiles ne-  
xus, qui inter spatia, tempora, ve-  
locitates & vires intercedunt;  
hæc verò æquationes, seu formu-  
læ generales ad omne genus, cu-  
juscunque particularis motûs, fa-  
cilè applicantur.

Ubi questio fuerit, determi-  
nandi motum, ex actione & re-  
actione, quam varia ejusdem sy-  
stematis corpora in se invicem  
exercent, oriundum. Problema  
ejusmodi reducetur semper, per  
leges staticæ, ad generalia æqui-  
librii principia. Corpora enim  
per resistantiam, quam sibi invi-  
cem opponunt: aut perdunt, aut  
lucrantur aliquid de motu, ita ut  
maneat semper æquilibrium in-  
ter motum qui amittitur, &  
illum, qui acquiritur. Unde se-  
quitur, eundem qui reapse inest  
corporibus obtineri motum, dum-  
modò conditiones æquilibrii ju-  
xta analiticos regulas expriman-  
tur.

Hæc est idea Dynamicæ, quæ

albo wedle jakieykolwiek reguły  
odmienny, niech bryła odbywa  
ruch w linii prostey, albo w linii  
jakieykolwiek daney krzywey, lub  
takiey, która z pewnych jakich  
kondycyi determinować by się mo-  
gła: zrównania powszechne, wy-  
rażą w każdym przypadku wszy-  
stkie, jakiekolwiek znane być mogą  
związki, zachodzące międzyroz-  
ciągłością miejsca, czasem, chy-  
żością i siłą; które to formuły  
powszechne, czyli zrównania, ta-  
cno stosowane byż mogą do ka-  
żdego rodzaju szczegulnego ja-  
kiego ruchu.

Gdzie mowa będzie o udeter-  
minowaniu ruchu wynikającego z  
akcyi i reakcyi, którą rozmaite  
tegoż układu ciała względem sie-  
bie wzajemnie czynią, zadanie w  
tey mierze, przez reguły Statyki,  
zastosuje się do powszechnych ró-  
wnowagi principiów; ciała al-  
bowiem, przez odpor czyniony mię-  
dzy sobą wzajemnie, albo utra-  
caią, albo nabywają cokolwiek z  
ruchu, tak iż trwa zawsze równo-  
waga między ruchem utraconym  
i nabytym. Idzie ztąd, że, który  
ciałom jest właściwy, tenże sam  
ruch determinuje się, byleby kon-  
dycye równowagi wedle reguł a-  
nalitycznych wyrażone były.

To jest krótkie wyobrażenie Dy-  
alte.

alteram Tractatus annui occupabit partem. Generalia hic principia motus primum exponetur, tum formulæ motus uniformis, harumque applicationes ad varia exempla succedent. Deinde agetur de motu variabili; ubi theoria accelerati & retardati uniformiter motus luculenter explanabitur, ex qua, tanquam corollarium sequetur motus gravium liberè cadentium & per plana inclinata descendantium. Motus Centri gravitatis peculiare proprietates habet, quæ seorsim examinabuntur.

Leges illæ, juxta quas corpora motum sibi invicem communicant, magni momenti sunt: proinde longiori pertractatione absolventur, & ad generale principium æquilibrii motus sese invicem infestantis, & reciproca eaque opposita actione sese destruentis, revocabuntur. His legibus tenetur conflictus directus & indirectus corporum cujuscunque nature, quo examinato, proponentur regulæ pro concursu corporum, elasticorum & non elasticorum, in easdem, vel oppositas plagas motorum.

His auxiliis aucti & benemul-

namiki, która drugą część capiet. Generalia hic principia motus primum exponetur, tum formulæ motus uniformis, harumque applicationes ad varia exempla succedent. Deinde agetur de motu variabili; ubi theoria accelerati & retardati uniformiter motus luculenter explanabitur, ex qua, tanquam corollarium sequetur motus gravium liberè cadentium & per plana inclinata descendantium. Motus Centri gravitatis peculiare proprietates habet, quæ seorsim examinabuntur.

*namiki, która drugą część capiet. Generalia hic principia motus primum exponetur, tum formulæ motus uniformis, harumque applicationes ad varia exempla succedent. Deinde agetur de motu variabili; ubi theoria accelerati & retardati uniformiter motus luculenter explanabitur, ex qua, tanquam corollarium sequetur motus gravium liberè cadentium & per plana inclinata descendantium. Motus Centri gravitatis peculiare proprietates habet, quæ seorsim examinabuntur.*

*namiki, która drugą część capiet. Generalia hic principia motus primum exponetur, tum formulæ motus uniformis, harumque applicationes ad varia exempla succedent. Deinde agetur de motu variabili; ubi theoria accelerati & retardati uniformiter motus luculenter explanabitur, ex qua, tanquam corollarium sequetur motus gravium liberè cadentium & per plana inclinata descendantium. Motus Centri gravitatis peculiare proprietates habet, quæ seorsim examinabuntur.*

Prawidła owe, wedle których ciała wzajem sobie udzielają ruchu, wielce ku pożytkowi służą: i przeto obszerniey o nich mówić się będzie, z stosunkiem tychże prawideł do równowagi ruchu, który z drugim oporem idąc, wzajemnie się wyniszczają. Tym prawidłem ulega wzajemne uderzenie się proste, lub ukośne ciał jakiegokolwiek bądź natury, o czym przelozoną naukę zamkną ogulne reguly, o zbieżeniu się ciał sprężastych i niesprężastych, gdy w tęż samę, lub przeciwną stronę ruszają się.

Tak przysposobieni Uczniowie, przystąpią na koniec do rozwią-



muniti tyrones, descendunt tandem ad considerandum motum curvilineum; ubi primò, de origine, principiis & proprietatibus ejus generaliter disquiretur; tum de motu ex vi primitus impressa & actione gravitatis oriundo, pertractabitur. Subsequentur deinde ea, quæ de motu rotationis & oscillationis habentur. Motus pendulorum compositorum, itemque simplicis in Cycloide, ultimum locum occupabit.

JOSEPHUS MICKIEWICZ AA.LL. & Philosophiæ Doctor, Physicæ experimentalis publicus & ordinarius Professor, in lectionibus suis, quas diebus Martis, Jovis & Saturni, horis matutinis instituet: novum Physicæ curriculum resumens, præmissis primùm breviter iis, quæ de objecto Physicæ & regulis philosophandi in prologomenis exponuntur, nec non de methodo illa felicissima in eruendis abstrusissimis naturæ proprietatibus a clarissimo NEWTONO tradita, atque ab eodem Philosophiæ Parente, aliisque sagacissimis arcanorum naturæ investigatoribus optimo semper successu adhibita; tractabit eadem methodo analytica de generalibus corporum proprietatibus, videlicet

zania nauki, o ruchu w liniach krzywych, gdzie początek, własności i prawidła tego ruchu w powszechności wyrozumiawszy, daley postępując, traktować będą o Ruchu z siły pierwotnie wrazoney i z działania ciężkości pochodzącym. Ruch kołowrotny i kołysny, następane zabierze mieysce; a nauka o wieszadłach składowanych, i o ruchu w Cykloidzie wieszadła nieskładanego, rzecz całą zamknie.

JOZEF MICKIEWICZ Nauk wyzwolonych i Filozofii Doktor, Fizyki Experimentalney Professor, na lekcjach swoich, które w każdy Wtorek, Czwartek i Sobotę z rana dawać będzie: nowy Kurs lekcji Fizycznych rozpoczynając, krótką naprzód przełoży naukę o właściwym celu Fizyki i prawidłach należytego filozofowania, tudzież o szczęśliwym owym sposobie dociekania nayskrytszych własności, podanym od naysławniejszego z Fizyków NEWTONA, i równie od jego, jako i od innych przemyślnych Badaczów tajemnic natury, zawsze szczęśliwie używanym. Obszerniey potym w tymże samym rozbiernym sposobie traktować będzie, o powszechnych ciał wszystkich własnościach: jako to, o ich nieprzenikli-



de impenetrabilitate, exten-  
sione, figura, soliditate, gravita-  
te, porositate, divisibilitate, com-  
pressibilitate, elasticitate & mo-  
tu; ita, ut proscriptis omnibus  
hypothesibus, id solum Audi-  
toribus suis proponendum susci-  
piat, quod per accuratas phæno-  
menorum observationes, & ex-  
perimenta, de industria, desti-  
natosque in fines capta, certum  
indubitatumque est, atque ad no-  
vas eorumdem corporum pro-  
prietates detegendas, & artefa-  
cta perficienda, utilius esse vide-  
rit.

wości, rozłożystości, kształcie,  
mięszszości, ciężkości, dziurkowa-  
tości, podzielności, uciskaniu się,  
sprężystości i ruchu; w których  
przekładaniu, niewchodząc w roz-  
trząsanie żadnych domysłów i po-  
zornych układów filozoficznych,  
same tylko istotne prawdy, na-  
pilnym i dokładnym fenomenów  
dostrzeganiu, oraz na doświad-  
czeniach umyślnie czynionych u-  
gruntowane, objaśniać będzie; w-  
takowym zaś przekładaniu tych  
własności, nieprześlanie na tym, iż-  
by one od Uczniów zrozumiane i  
pojęte były, lecz nadto starać się  
będzie, iżby każda z nich należy-  
cie docieczona i doświadczeniemi  
utwierdzona, do odkrycia innych,  
jeszcze nieznanomych, albo do po-  
prawienia wad niektórych w spo-  
sobie życia pospolitym znajduią-  
cych się, albo naostatek do ule-  
pszenia rzemioł i rękodzieł, przy-  
dać się mogła.

Deinde tractabit de machinis  
simplicibus in genere & de qua-  
vis earum in specie: uti de *Ve-*  
*ste*, ejusque diversis generibus.  
De *Libra*, de *Statera*, justa & do-  
losa, de *Trochlea*, de varii ge-  
neris *Polyspastis*, & de ponderi-  
bus ope funium sustentandis,  
de *Axe in peritrochio* & machinis  
rotatis, de *Plano inclinato*, de  
*Cuneo*, de *Cochleu* & de machinis,

W tym sposobie zakończywszy  
ręcz całą o powszechnych ciał-  
wszystkich własnościach, przystą-  
pi do traktowania o machinach  
prostyach w ogulności, i o każdej z  
osobna, mianowicie o *Dragu* i róż-  
nych jego rodzajach, o *Szali*, i  
Bezmiemie należyty i zawodnym,  
o *Krażkach* i różnego rodzaju  
windach, o ciężarach powrozami  
podnaszanych, o kołowrotach i



quæ ex his simplicibus compo-  
nuntur, & ad varias artes, ac ad  
communem usum adhiberi so-  
lent: indicando eorum facilio-  
rem mechanismum, naturam, u-  
sum, defectus & proprietates,  
easque experimentis demonst-  
rando.

Mechanicam excipiet Hydro-  
statica, sive tractatus de pressio-  
ne, gravitate, æquilibrio aliis-  
que proprietatibus fluidorum,  
ac etiam solidorum fluidis im-  
mersorum: præsertim quod atti-  
net eorum gravitatem specifi-  
cam, ac methodum ejusdem de-  
terminandæ. Singulæ fluidorum  
leges experimentis demonstratæ,  
amplissimum aperient campum  
faciendis applicationibus, &  
deducendis quibusdam corolla-  
riis, ad utilitatem communem  
spectantibus.

Sequetur deinde tractatus, de  
machinis in Hydraulica adhibe-  
ri solitis, præsertim de molendi-  
nis & varii generis anthliis,  
quarum mechanismus, natura,  
usus & proprietates explicabun-  
tur & experimentis demonstra-  
buntur.


Denique tractatum de proprie-  
tatibus aquæ, pro ejus triplici  
diverso statu: fluiditatis, va-  
porum & glaciei, totidem diver-

*machinach kołowych, o Płafzczy-  
nie pochyloney, o Klinie, o Szru-  
bie, i tych wszystkich machinach,  
które się z tych prostych składa-  
jąc w pospolitym są używaniu, o-  
kazując ich skład taczniejszy,  
zamiar, używanie, wady i wła-  
sności, i one doświadczeniami u-  
twierdzi.*

*Po Mechanice nastąpi Hydro-  
statyka, czyli traktat o ciśnieniu,  
ciężarze, równoważności i innych  
własnościach rozcieków, uważa-  
nych tak względem samych siebie,  
jako też i względem ciał z siad-  
łych w rozciekach zanurzonych, a  
zwłaszcza co się tyce właściwego  
ich ciężaru, i sposobu poznawania  
onego. Prawa rozcieków wszyst-  
kie należyte wyłożone i doświad-  
czeniami utwierdzone obszernie o-  
tworzą pole do czynienia różnych  
uwag i rozmaitych wniosków, do  
powszechnego pożytku stosowanych.*

*Nastąpi potym traktat o machi-  
nach Hydraulicznych, a zwłaszcza  
o rozmaitych młynach, pompach  
do pędzenia wody w górę, i ska-  
wkach do gaszenia pożarów; któ-  
rych skład, zamiar używanie i wła-  
sności, przekładane będą i do-  
świadczeniami utwierdzone.*

*Naostatek, traktat o własno-  
ściach wody podług trojkiego  
jej stanu: płynności, waporów i  
lodu, na trzy różne rozdziały*



sis sectionibus comprehensum *podzielony, dokładnie przeloży i luculenter exponet & experientis demonstrabit.*

Opificibus verò, diebus Dominicis & Festis, ex elementis Arithmeticae, Geometriae, & Mechanicæ explanabit ea, quæ & usui eorum quotidiano, & captui maxime accommodata judicabit.

*Rzemieślnikom zaś, wędni Święte i Niedzielne, początki Arytmetyki, Geometrii i Mechaniki dawać będzie, stosując się do ich kunsztu, potrzeb i pojęcia.*

ANDREAS STRZECKI, S. Theologiae Doctor, Collegii Physici Praefes, Canonicus Livoniensis, Regius Astronomus & Astronomiae Publicus Professor: Praemis sis iis, quæ in ipso limine Astronomici studii Tyronibus proponi solent, trigonometriam scilicet sphaericam, atque illis capitibus, in quibus, aut elucidantur principia mechanica, quibus tota Astronomia Physica innititur: aut diversi Planetarum motus, motuum natura, leges, inaequalitates earumque causae peruestigantur; aut denique indicatur ratio determinandi curvas, ad quas Planetarum trajectorye sunt revocandae, distribuendique inaequalitates Planetarum in diversis orbitae locis. Tractabit de revolutione diurna Planetarum, de ejus causa, de Phaenomenis generalibus & particularibus ab hoc motu pendentibus, deque modo illa observandi & calculandi.

ANDRZEY STRZECKI, S. Theologiae Doctor, Collegii Physici Praesident, Kanonik Instantski, Astronom J. K. Mci, y Astronomii Publiczny Professor: ułatwiając uczniom przystęp do Astronomii, po Trygonometrii sferycznej, umieści w pierwiastkowych lekcjach to wszystko, co na samym wstępie dawać się uczniom zwykło, i albo się ściągają do zasad mechanicznych, na których się gruntuje Astronomia fizyczna: albo do rozlicznych biegów Planetarnych: do ich natury, prawideł, nierówności i onychże przyczyny, albo na koniec do sposobów wysledzenia natury dróg planetarnych, po których się toczą, i stosownego do nich, pomiaru wszystkich biegu nierówności. Tak przysposobiwszy uczniow, poprowadzi do dalszych Astronomicznych znaomości, wykładając im rozmaite traktaty, jakoto: o dziennym obrócie Planet i o przyczynie onego; o Fenomenach



landi; de ratione determinandi positionem siderum respectu circumcolorum fixorum sphaerae caelestis; de mensura temporis; de theoria motuum apparentium & relativorum, cum ipsius applicatione ad phaenomena pendentia à motu Telluris annuo; de paralaxi denique & refractione siderum. His adjiciet, coronidis locò, diversas methodos stabilien- di theoriam, ex observationibus in superficie Telluris institutis, regulasque calculi motuum planetariorum à revolutione diurna Telluris non pendentium.

*pow szechnych i szczegulnych od niego pochodzących, razem z nauką ich obserwowania i kalkulowania; o sposobie determinowania pozycji, gwiazd względnie do cyrkulów stałych sfery niebieskiej; o pomiarze czasu: o teoryi obrótów, jak się one wydają, lub jakie wypadają, gdy się bieg realny z optycznym miesza, albo się do niego inny realny stosuje: gdzie się razem ukaże aplikacja rzeczony teoryi do Fenomenów, których przyczyną jest bieg roczny ziemi; na resztę o parrallaxie i refrakcyi gwiazd. Będzie się na koniec starał, ile czas pozwoli, ukazać, jak się formują pierwsze zasady, i cała teoryi osnowa. z obserwacyi na okręgu ziemi czynionych: oraz nauczyć sposobu kalkulacyi biegów Planetarnych, do których obrót ziemi dzienny nie wpływa.*

JOSEPHUS SARTORIS, Philosophiae & Medicinae Doctor, Regiae scientiarum Academiae Taurinensis socius, Publicus & ordinarius Chemiae & Pharmaciae Professor; Diebus & horis in ordine praelectionum designatis, lectiones suas tradet in publico Chemiae musæo.

JOZEF SARTORIS Filozofii i Medycyny Doktor, Królewskiej w Turynie Akademji Towarzysz, Publiczny Chemii i Farmacyi Professor, lekcyje swoje dawać będzie w Laboratorium Chemicznym czasów wyznaczonych w porządku, Prelekcyi.

Quum ob rerum & experimentorum copiam, quod pollicitus fuerat in prospectu anni

*Ponieważ w Roku przeszłym, dla wielości rzeczy i doświadczeń, nie uiszcil zamiaru swojego, wzglę-  
pro-*



proximè elapsi, chemicum examen corporum, regnorum vegetabilis & animalis, absolvere non potuerit: hoc anno illud trade- re perget: eadem methodo, eodemquè ordine, quem exposuit in prospectu anni elapsi, conabiturquè integrè, si fieri potest, hoc anno illud absolvere.

JOSEPHUS LANGMAYER, Philosophiæ & Medicinæ Doctor, Patologiæ, Materiæ medicæ & Præxeos Professor Publicus, in lectionibus suis, quas diebus Lunæ, Mercurii, Veneris & Saturni horis matutinis instituet: Primò succinctam, atquè in nucleum quodammodo redactam, totius Pathologiæ anacephalæosin dabit: siquidem plurimi auditorum suorum, eandem fusiùs pertractatam aliquoties jam acceperant. Hac præmissa, quum ea ipsa sit hodie etiam, quæ dudum fuerat Medicinæ sors: ut & sint molesti, ne dicam injuriosi postulatores, qui tanquam à Divinitate exposcant à Medico, *omnis re-levetur ut æger; nec desint ex adverso medicaltri, qui aut turpis lucri gratiâ astutè, aut bona fide, sed ex audaci ignorantia, omnibus omnia promittant, & quæ supra naturam sunt, confidenter polliceantur; ideo anno hoc scholastico, ube-*

*dem roztrząśnienia chemicznego ciała, do Królestw roślin i zwierząt należących, jako był w Prospekcie swoim ogłosił; dla tego, w Roku teraznieyszym, będzie się starał dokonać przedsięwziętych materyi, idąc porządkiem i sposobem opisanym w Prospekcie przeszło-rócznym.*

JOZEF LANGMAYER Filozofii i Medycyny Doktor, Patologii, Materyi medycznej i Praktyki Publiczny Professor, na lekcyach swoich, które w każdy Poniedziałek, Szrodę, Piątek i Sobotę z rana dawać będzie: wyłoży naprzód krótko zebraną Patologią, dla przypomnienia uczniom swoim tego, co o niey lat przeszłych obszerniey traktował. Ponieważ zaś medycyna, jak dawnieyszych wieków, tak i dzisiey, tego nieszczęśliwego doznaje losu: że gdy ziedney strony wyciągają od medyków, jakby od Cudotworców jakich, aby oni i każdego; i koniecznie uzdrowili chorego, z drugiey przeciwnie, noszący imie medyków, tacy obierają się matacze: co albo dla zysku chytrze, albo dla ambitu przyprostocie i nieumiejętności, zuchwale: wszystkim wszystko, nawet przeciw naturze, obiecują: dla tego postanowił w tym roku, obszernie traktować o chorobach, prawie do uleczenia niepodobnych; jako to:



rius agere statuit, de morbis, o wyniszczeniu, o rozmaitych su-  
frequentissime incurabilibus, chotach, o wodnych puchlinach,  
quales sunt: Atrophia, Phthy- i tym podobnych wewnętrznych i ze-  
ses, variæ Hydropes, aliiquè his wewnętrznych niemocach; tym  
similes, interni externiquè mor- szczegulnie koñcem, przyłączy  
bi, hic non nominandi; quem in historyczne rozmaitych chorob o-  
finem; dabit historias morbo- pisanie, tych zwłaszcza, których  
rum variorum, quotquot hacte- niepierwey się nadało medykom  
nus innotuerant, & in quorum co- odkryć naturę, aż po śmierci  
gnitionem non nisi post funera chorych: żeby się ztąd uczniowie,  
pervenire datum est: ut nempe w podobnych przypadkach, uczyli  
obviis in casibus, naturæ ab- śledzić naturę, i z analogii wło-  
dita facilius penetrare, atque, żyli się bezpiecznie praktyczne for-  
ex analogia, tutius aliquod ju- mować zdania. Gdzieby zaś nad  
dicium ferre discant; ibi verò, ich rozum i zdolność znaleźli  
ubi morbum arte sua majorem chorobę, żeby się niewstydzili do  
agnoverint, candidè fateri veri- nieznanomości otwarcie przyznać:  
tatem non erubescant: tum to sobie mając za maxymę, że ró-  
quod æquè magnus sit Medicus, wną jest chwałą dla medyka, od-  
qui morbum incurabilem cogno- kryć naturę choroby, choćby ona  
vit, & ut talem pronunciauit: uleczoną być niemogła: jako i zle-  
quàm qui curavit, arte supe- czyć tę, która medyckiey ulega  
randum; tum ne sumptuosa me- sztuce. Aże medyk na to mieć  
dicatio, cum decedente ægro for- winien baczenie, aby gdy nietu-  
tunam simul posteris eripiat; szy choremu życia, narażając na  
Medicum enim, qui se, suam- kosztowne kuracye, nienabawił  
què artem honorabilem reddere sukcesorów dwojakiey szkody, ie-  
cupit, & eruditum esse oportet, sliiby im razem przyszło postra-  
& probitate commendatum, dede- dać, i chorego, i majątku. Medyk  
cetquè suæ magis, quàm proximi- bowiem który chce siebie i swoje  
morum fortunæ velle prospicere. upoważnić sztukę, powinien być  
Deniquè emolumento scholæ i nauką i cnotą zaszczycony, i ra-  
prospiciens, casuum practicorum, zem daleki od nieprzyystoyney spa-  
propositione, alumnorum in di- noszenia się chęci, z narażeniem na  
gnosendo sagacitatem, atqè in stratę cudzego majątku. Nako-  
cominnandis medicamentorum niec zaradzając pożytkowi u-  
for-



formulis dexteritatem exercebit: ut sic formato firmatoque iudiciò, digni artis Asclepiadeæ Practici evadant Reipublicæ.

czyniów, rozmaite praktyczne zdania przywoździć będzie, dla uprawienia ich, tak do przezorności dowcipney w rozpoznaniu chorób, jako też do zręczności w kompozycyi lekarskich formuł: iżby tym sposobem nabywszy gruntownego poznawania, i w o- nym się umocniwszy, na pożytecz- nych Krajowi wyszli Medyków.

JOANNES ANDREAS LOBENWEIN. Chirurgiæ atque Medicinæ Do- ctor, Anatomiae & Physiologiae Professor Publicus Ordinarius, Anatomicas, horis designatis, in theatro anatomico instituet de- monstraciones, atque sub ipso e- arum cursu, Physiologiae simul explanabit doctrinam. Limites enim, utriusque harum scientia- rum adeo sunt confines, ut uni- us provincia immediatè cum al- tera coincidat, & Physiologiae dogmata, haud majori unquam corroborentur evidentiâ, quàm ubi nexus & commercium, quod singulae corporis partes inter se habent, sub ipso partium ha- rum dissolutarum examine con- siderentur, atque sic practicis A- natomiae fundamentis superstru- antur. Hac ratione, machinae humanæ organa & functiones conjunctim perscrutaturus, totam Physiologiae doctrinam, unâ cum Anatomia non, minori cum stu-

JAN JĘDRZEY LOBENWEIN, Chirurgii i Medycyny Doktor, A- natomii i Fiziologii Proffesor Pu- bliczny i Ordynaryiny, na Teatrze Anatomicznym czasów wyznacz- nych, lekcyę Anatomiczne dawać będzie, łącząc do nich naukę Fi- zyologiczną. Granice bowiem tych dwu nauk tak są sobie bliskie, że się ich należności iednoczyć zda- ją: a prawdy Fiziologiczne nie mogą być widoczniey utwierdzo- ne, jak gdy łączenie i wzajem- ność, którą wszystkie części cia- ła między sobą mają, w examinie samychże tych części rozłączo- nych uważają się, i na prakty- cznych Anatomii zasadach grun- tują się. Tym sposobem organi- cznych ciała ludzkiego części i onych razem powinności dości- gaiąc, całą Fiziologii naukę we- społ z Anatomią przeloży, dla większey wygody i pożytku uczą- cych się.

diosorum commodo, quàm emolumento, absolvet.

Præmissâ brevi Anatomix historiâ, ipsum hujus studii systema a generali corporis humani descriptione auspicabitur, eique particularem illius in regiones suas divisionem secundum superficiem subjunget. Progreditur inde ad generalissimam elementorum, ex quibus corpus humanum constat, explicationem: exinde verò ad specialem partium variarum, jam compositarum, denominationem atque classificationem. Ordini, hac partium demonstrandarum classificatione stabilito insistens, singulas corporis partes, respectu tam anatomico, quàm physiologico pertractabit.

In prima quidem demonstrationum serie, de iis corporis partibus aget, quæ reliquis omnibus vel fulcro sunt, vel involucro, vel quæ illis nexui, motuive inferviunt, & quibus scilicet, omnes partes reliquæ nobiliores continentur. In continentium harum partium numero, sermo erit imprimis de membranis tegumentorum communium, post eas huc referuntur ossa, cartilagines, ligamenta, musculi, & demum membranæ meningum, pleuræ, & peritonæi, ut

*Ten zamiar swój chcąc uskutečnić, dawszy naprzód Historiją Anatomii krótko zebraną, samotey umiejętności systema, od powszechnego opisania ciała ludzkiego pocznie, do którego przyłączy szczegulny podział tegoż ciała, co do powierzchowności. Przystąpi potym do najpowszechniejszego wykładu części pierwiastkowych ciała ludzkie składających: toż do szczegulnego oznaczenia i podziału: a idąc porządkiem wedle tego podziału ułożonym: o wszystkich częściach ciała, anatomicznie razem i fizyologicznie traktować będzie.*

*W pierwszej Klasse demonstrationi, o tych częściach ciała rzecz będzie, które innym albo za podporę służą, albo za powłokę, albo które należą do wiązania i ruchu, albo raczy któremi inne części znaczniejsze spojone są i obleczone. Co do części zawierających, i wiązających, naprzód będzie się mówilo, o błonach pokryciów powszechnych; potym o kościach, chrząstkach, ścięgniach i muszkulach; nakoniec o błonach powłoków, mózgu, wewnętrzne pierśi, i niższy brzuch przykrywających, jako o*

pote





pote quæ partium continentium  
versus cavitates corporis ma-  
iores, intima sunt vestimenta. Ar-  
ticularum in osteologia re-  
centi consideratis, theoriam mo-  
tus corporis: & musculis de-  
monstratis, doctrinam de irrita-  
bilitate, atque leges motus me-  
chanicas, quatenus huc perti-  
nent, exponet.

In secunda demonstrationum  
serie, occupabitur circa partes il-  
las, quæ intervallis partium,  
prius sub continentium nomi-  
ne examinatarum, continentur;  
id est: de partibus, in variis cor-  
poris cavitatibus contentis, si-  
ve visceribus, & de vasis ac  
nervis inde oriundis, nec non  
de glandulis, quibus illa in-  
structa sunt.

Ordietur à superficiali de-  
monstratione omnium viscerum  
in situ naturali, quibus perlu-  
stratis, aget in primis de corde;  
prosequetur inde, factis injectio-  
nibus, totum systema arterio-  
sum atque venosum; porro quo-  
que systema vasorum lymphati-  
corum. Demonstratione vaso-  
rum omnium absoluta, tractabit  
de sanguine & ejus circulatio-  
ne: humores verò, qui in ipso  
circuli decursu inde secernun-  
tur, hic nominatim solùm in-  
dicabit, suo quosvis locò uberi-

*tych, które pokryciom powszech-  
nym w jamach znaczneyzych cia-  
ła, wnetrzną są powłoką. W O-  
steologii świeżey, łączenie kości,  
albo artykulacye uważywşy: przy  
teoryi ruchu ciała, jako też i  
anatomii muszkułow, da naukę  
o tkliwości, łącząc razem wykład  
reguł mechanicznych, ile się tu  
ściągają.*

*W drugiey klasie lekcyi, będzie  
mówił o tych częściach, które się  
w pierwszych zawierają i naydu-  
ją: to jest, o częściach zawar-  
tych w różnych jamach ciała,  
czyli o wnetrżnościach, naczy-  
niach i nerwach z tamtąd idących,  
także o gruczołkach tam naydują-  
cych się.*

*Pocznie zaś od powierzchowne-  
go okazania wszystkich wnetrż-  
ności w położeniu naturalnym,  
które rozważywşy: naprzód o  
sercu mówić będzie, toż za pomo-  
cą injekcyi, przystąpi do całego  
układu arteryi żył, i naczyń wod-  
nistych. Po skończonym tym tra-  
ktacie, póydzie do krwi i jej cyr-  
kulacyi; o humorach zaś w biegu  
krewi oddzielających się wzmian-  
kę tu tylko uczyni, a zostawując  
opisanie każdego w szczególności  
do przywoitych traktatów, sa-  
mą tu perspiracyi teorią wyłoży.*



us commemoraturus, & hic in specie, de perspiratione sola commentaturus.

Post ea progredietur ad explicationem partium mollium cavitatis oris & faucium, laryngis, pharyngis, atque pulmonum; quibus demonstratis: respirationis negotium, & theoriam vocis, loquelæ, atque deglutitionis explanabit.

Visceribus thoracis & eorum functionibus ita recensitis, ad intestinorum abdominis demonstrationem sese accinget; ubi, data primùm omenti cognitione, structuram hepatis atque pancreatis, & secretionem bilis atque succi pancreatici scrutabitur; porro ventriculum, tractum integrum intestinorum, mesenterium cum omnibus suis glandulis, & vasorum lacteorum cursum perlustrabit; quibus præmissis: digestionis atque chylicationis theoriam exponet. Inde lienis substantiam, & quidquid de ejus usu cogitentarii, investigabit: renes deinceps, ureteres, vesicam urinariam, ac urethram demonstrabit, lotiumque, & totum systema uropœticum explicabit.

Finitis his: cerebri instituet anatomen, & inde omnem nervorum per corpus distributionem

*Przystąpi potym do opisania i pokazania części miękkich, z których się pierwsza i druga jama ust składa: takż wyższej części gardziela, głowy, krtani i płuc: gdzie umieści teorię oddychania, głosu, mowy y polykania.*

*Po okazaniu wnętrzości w jamie piersiowej zawartych, oraz z ich funkcją: opisywać będzie wnętrzości w jamie niższego brzucha zamknięte; gdzie naprzód da poznać kaldun, skład wątroby, pankreaszu: dościgając sposobu oddzielania żółci i soku pankreaszowego; potym żółć, ciąg cały kiszek, błonę dwoistą brzuchową ze wszystkiemi iey gruczołkami, i naczyni mleczyń rozeyście się okaże; teorię trawienia i robienia się chylu poda. Nadto, o śledzionie, i co tylko o użytku iey różni rezonują, roztrząsać będzie. Nerki potym, kanały uryenne, pęcherz, i to wszystko co się tu stosować może, na examen weźmie.*

*Daley nastąpi Anotomia mozgu i z niego idących, a po całym ciele rozchodzących się nerwów, w-*

pro.



prosequetur. Deductâ inde sensibilitatis in genere theoriâ, sensuum imprimis interiorum notionem suppedietabit, externorum verò doctrinam, in ipso systematis nervei cursu, obviam singulis, quibus decet, locis adjunget.

Demum genitalia, primùm masculina dein muliebria cum menstrua eorum functione examini subjiciet, atque generationis theoriam recenset, & foetus & matris condiciones per omnes graviditatis periodos docebit. In specie circa foetus anatomen occupabitur, simulque circulationis atque reliquarum functionum intereum & hominem natum discrepantiam notabit: quo facto, foetus & matris commercium indagabit ulterius, & exinde partus mechanismum derivabit, atque statum puerperii naturalem contemplantur.

Nativitate hominis jam explicata, vitam ejus & incrementum, ejusque per omnes ætates subsistentiam dilucidabit ad mortem usque.

Pertractatis ita, omnibus demonstrationibus partium anatomicis, nec non functionum physiologicis: locus erit instituendi reflexionem generalem mirabilis

wyprowadzając w powszechności teorię czucia, i stosowną do zmysłów wewnętrznych naukę: ponieważ cokolwiek do zmysłów zewnętrznych należy, to na swoim miejscu, przy nauce o nerwach umieścić postara się.

Na koniec, części płodzeniu służące, naprzód męskie potym niewieście, z odbywaniem czyszczenia miesięcznego, i całą teorię płodzenia wyłoży, razem z potrzebną wiadomością o naturalnych odmianach, tak płodu, jako i matki w różnych ciężych czasach. Dając szczegółniejszą płodu anatomię, różność biegu krwi i innych funkcji, między płodem w żywocie matki będącym i już na świat wydanym pokaże; i dalej dościgać będzie przyczyn tej wzajemności, która jest między płodem a matką, aż do mechanismu porodu, i stanu naturalnego płodzenia.

Po opisaniu narodzenia człowieka, traktować będzie o życiu, wzroście i utrzymaniu się jego od dzieciństwa, aż do starości i śmierci.

Tak zakończywszy wszystkich części ciała ludzkiego, anatomiczne, i onych czynności, albo funkcji fizyologiczne demonstracje, zastanowi się generalną uwagą

partium omnium inter se con-  
nexionis & concursus virium,  
iis insitarum. Hac ratione, a po-  
steriori potissimum, generalem  
functionum totius machinæ ex-  
plicabit dispositionem, & spe-  
cialem pariter earum divisio-  
nem atque naturam. Ultimo  
denique loco sublimis animæ cum  
corpore commercium rimatus,  
temperamentorum disquisitione  
lectionibus suis finem imponet.

Quæcunque horum omnium  
oculis subjicere licet, quantum  
dabitur occasionis, quantumque  
pretiosa subsidiorum anatomi-  
corum atque physiologicorum  
supellex concedet: in cada-  
veribus simul ac in tabulis ad  
oculum demonstrare, & in eo-  
rum perscrutatione anatomica  
tyrones, quantum licebit, sectio-  
nibus exercere contendet.

Quum verò tanta sit in utra-  
que hac scientia materiarum va-  
rietas atque copia, ut nullus de-  
tur auctorum, qui earum alteru-  
tram omnibus absolutam tradi-  
derit numeris; variis in rebus  
variorum quoque inventis atque  
sententiis uti juyabit. Idcirco  
sub finem cujusvis capituli nota-  
bit viros, qui hac in re præ-  
celluere: in singularum verò  
materiarum tractatu, ea, quæ  
de iis a *Ruyshii, Albini & Hal-*

*nad* dziwnym wszystkich części  
*między sobą połączeniem, i zgo-*  
*da się sił onym nadanych: wypro-*  
*wadzając z tego, tak powszechnie*  
*rozporządzenie wszystkich całego*  
*ciała funkcji, jako też szczegul-*  
*ny onych podział, i naturę. Na-*  
*ostatek, niedościgły duszy z cia-*  
*tem harmoniczny związek, tu-*  
*dzież nauka o poznawaniu tem-*  
*peramentów, ostatnią będą lek-*  
*cyi materią.*

*Tego wszystkiego, co tylko na*  
*oko pokazać można, według oko-*  
*liczności, zdolności i pomocy kol-*  
*lekcyi anatomicznych, już to na*  
*trupach, już to na tablicach, de-*  
*monstracye uczniom dawać, i onych*  
*do zręczności w dociekaniu ana-*  
*tomicznym, przez dyssekcye u-*  
*kladać będzie.*

*Ponieważ tak wielka jest w obu*  
*tych naukach materji liczba i roz-*  
*maitość, iż żadnego niemasz au-*  
*tora, coby którąkolwiek z nich*  
*zupełnie traktował i objął: z nie-*  
*doślatku zaś jednego, różnych au-*  
*torów używania wypada potrzeba:*  
*przeto przy końcu każdego roz-*  
*działu wymieni autorów, którzy*  
*w tej rzeczy nad innymi przeno-*  
*sić się mają. W każdym zaś tra-*  
*ktacie, co tylko o podanej mate-*  
*ryi, pozawszy od Ruyshiusza,*  
*leri*



leri, utpote harum scientiarum Principum, temporibus hucusque, & ultimis præcipue ab hinc annis, nova & utilia notata fuerint, colligere, atque proponere curabit. Hunc in finem, ea præcipue in usus discipulorum convertet, quibus studia anatomico-physiologica locupletavit Meckel senior, Hunter uterque, Monro uterque, Walter, Wrisberg, Mayer, Fontana Vicq d' Azyr, Spallanzani, Barth, Blumenbach & permulti alii, quorum enumerationi hic locus non est. In genere verò Majeri in anatomicis, atque Halleri in physiologicis, quousque sufficient, vestigia sequetur.

Quum porro studium anatomicum, innumera materiarum & denominationum farragine: nec non physiologia, sublimi sententiarum & commentationum differentiâ, memoriam adeo sollicitent: ut rei unius idea aliarum interventu extingvatur perfacile, frequentibus materiarum repetitionibus, atque tyronum insuper examinibus, ea, quæ respectu studii, praxeosve utriusque Medicinæ scitu omnino sunt necessaria, studiosis in memoriam revocare, atque firmiter imprimere

Albina, i Hallera, tych nauk, pierwszych i naycelnieyszych nau- czycielów, do tych ostatnich lat, przybyło nowych wynalazków i pożytecznych dostrzeżeń, te wszystkie zbierze i przeloży: z tego powodu, na pożytek uczących się obroci to wszystko, czym naukę anatomii i fizyologii zbogacili stawni Autorowie Meckel starszy, Hunterowie obydwu, Monrowie obydwu, Walter, Wirsberg, Mayer, Fontana, Vicq-d' Azyr, Spallanzani, Barth, Blumenbach, i wielu innych, których wszystkich wyliczyć tu niepodobna. W powszeczności zaś, Mayera w dawaniu lekcyi anatomicznych, Hallera w wykładaniu fizyologii, ile w nich materyi stanie, naśladować będzie.

A że nauka anatomii zagęszczona jest różnemi materjami i mieszaniną terminów, Phizyologia też rozlicznością subtelných sentencyi i tłumaczenia, co pamięć zbyt obciąża, a obrazy rzeczy na imaginacyi uformowane dla nowości i tłumy obiektów, łatwo się z pamięci głożują: dla tego już to częstym powtarzaniem traktowanych materji, już to examinowaniem uczących się, to co do praktyki w obojey sztuce lekarskiej jest koniecznie potrzebnym, uczniom swoim na pamięć przy-



re adlaborabit.

JACOBUS BRIOTET Philosophiæ, itemque Chirurgiæ & Medicinæ Doctor, Chirurgus Emeritus in Academia Chirurgica Parisina, Professor, & demonstrator publicus & ordinarius operationum & Chirurgiæ practicæ, lectiones suas ineunte hyeme instituet in theatro Anatomico, diebus & horis designatis.

Præmissa historiâ Chirurgiæ Prologomenorum loco, atque iis omnibus, quæ illius præstantiam, objectum, utilitatem, necessitatem, praxim & emolumentum spectant, multumque faciunt ad animos discipulorum incitandos: sectione speciali, distributa in quinque capita, prosequetur principalia Chirurgiæ argumenta; de Sinthesi scilicet, Dyeresi, Exeresi, Prothesi, & Taxi.

Post hæc, tractatus de vulneribus in genere, docebit absolutam necessitatem cognitionis causarum, varietatum, medicamentorum, nec non methodi unionis ope fasciarum &c. tum dexteritatem in perficiendis diversis operationibus exercebit: ubi regulæ artis indicabuntur.

In tractatu de vulneribus capitis, aget de morbis externis, tumoribus, contusionibus, variis extravasationibus, de cere-

wodzić, i wbijać będzie się starał.

JAKUB BRIOTET, Filozofii, Chirurgii i Medycyny Doktor, Chirurg wystawiony w Akademii Chirurgicznej Paryskiej, publiczny i ordynaryjny Profesor i Demonstrator operacyi Chirurgii praktyczney, lekcyje swoje w Zimie dawać będzie na teatrze anatomicznym, dni i godzin wyznaczonych.

Na których wstępie, wyłożywszy historyę Chirurgii, i to wszystko co się ściąga do jey objektu, zaszczytu, potrzeby, praktyki i pożytków, a wiele barzo czyni do wzniecenia ochoty w uczniach: przystąpi do piąciu Rozdziałów na które Chirurgia dzieli się, a te są: Synthesis. Dyeresis, Exeresis, Prothesis i Taxis.

Potym, w traktacie o ranach w powszechności, pokaze konieczną potrzebę wiadomości, przyczyn, rozmaitości lekarstw, i sposobu łączenia brzegów ran, za pomocą bandaży &c. toż nabywania zręczności w czynieniu operacyi; i tu poda prawidła sztuki.

W traktacie o ranach głowy, będzie rzecz, o chorobach zewnętrznym, nabrzmieniach, stłuczeniach, różnych rozlaniach humo-



bri commotione & repercussio-  
ne, de disunione ac fracturis os-  
sium cranii: de applicatione te-  
rebræ, cujus utilitatem & abu-  
sum, observationibus celebri-  
orum authorum demonstrabit.

Ordo postulat, ut post mor-  
bos cranii, sequantur oculo-  
rum, nasiorum, labiorum, gingi-  
varum, palati, & colli: cum  
adjuncta methodo operationis  
Bronchotomiæ & Oesophagoto-  
miæ. Tandem venient morbi  
tam externi quàm interni, pecto-  
ris, imi ventris, viarum urinæ,  
partium genitalium, cum expo-  
sitione operationum hic perti-  
nentium.

Absoluto tractatû de anevris-  
mate in genere, in arcu aortæ,  
& in specie, de anevrismate bra-  
chii, simulque de amputatione  
membrorum: aliqua innuet de  
vulneribus ab ictu armorum; si-  
nem lectionibus imponet doctri-  
na inoculationis variolarum.

NICOLAUS TOMASZEWSKI, AA.  
LL. & Philosophiæ Doctor, Vi-  
ce-Professor Matheseôs, & Secre-  
tarius Collegii Phyci: in lecti-  
onibus suis, quas diebus & ho-  
ris designatis traditurus est: eum  
tenebit ordinem, qui discipulorum  
capacitati maximè accommoda-  
tus videbitur, in illud intentus u-  
nicè, ut Analyfi, Geometriâ, Soli-

rów, o wzruszeniu i odbiciu się mo-  
zgu, o rozłączeniu się i złamaniu  
kości czaszki, i o sposobie użycia  
trepanu, którego pożytek, lub złe  
użycie, obserwacyami sławnych au-  
torow stwierdzi.

Według porządku, po choro-  
bach czaszki, nastąpią choroby o-  
czu, nosa, ust, warg, dziąsłów,  
podniebienia, szyi, z przyłącze-  
niem operacyi, Bronchotomia i  
Oesophagotomia zwanych; Na-  
koniec będzie mówił o chorobach  
tak wewnętrznych, jako i zewnętrz-  
nych, pierśi, niższego brzucha, na-  
czyń urynnych, części płodzenia  
słożących, wraz z opisaniem ope-  
racyi tu służących.

Po traktacie, o aneuryzmie w  
łuku aorty, w powszechności, a o  
aneuryzmie w ramieniu wszcze-  
gulności, i o ucinaniu członków;  
krótką przeloży wiadomość lecze-  
nia ran z strzelby zadanych; za-  
kończy lekcyę swoję, nauką o szcze-  
pieniu ospy.

MIKOŁAJ TOMASZEWSKI, Nauk  
wyzwolonych i Filozofii Doktor,  
vice-Professor Matem: i Sekretarz  
Coll: Phyci: lekcyę które, dni i  
godzin wyznaczonych, dawać ma:  
tym ułoży porządkiem, który do  
